



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 5. De secunda specie Irregularitatis quæ est ex defectu animaæ,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

ut exemplis beatorum Nicolai, Seueri, & Ambrosii docetur eadem distin. 61. cap. Statuimus, Quod & in sequenti cap. confirmatur his D. Ambroſii verbi, Neophytus prohibetur ordinari ne extollatur in superbiam: sed si non defecit humilitas competens sacerdotio, vbi causa non adhæret, vitium non imputatur. Vide Couarr. ad Clemen. Si furiosus, 1. par. §. 2. num. 7. & 8. In istiusmodi autem irregularitate ut & in praecedentibus prouenientibus ex anima defectibus solus Papa dispensare potest, prout Nauar. sub finem citati num. 205. exprefit. Nec enim sunt de numero earum, quarum dispensatio est à iure Episcopis concessa, de quibus dictum est in praed. cap. 3. sect. 4.

## CAPUT V.

*De secunda specie Irregularitatis, que est ex defectu corporis.*

## SUMMARIUM.

- 44 Ratio generalis iudicandi de irregularitate ex defectu corporis.  
 45 Tali defectus vel est membra, vel morbi corporis, de cuius sufficientia ad irregularitatem iudicare est Episcopi.  
 46 Observanda in genere de membris defectu inducente irregularitatem.  
 47 De eo qui sua culpa patitur eiusmodi defectum.  
 48 De eo qui in eum inducit post suceptum Ordinem.  
 49 Defectus induentes irregularitatem ex parte capillorum, aut oculorum.  
 50 Ex parte aurium, auricularum, aut nasi.  
 51 Ex parte laborum, aut dentum, aut lingue, aut faciei.  
 52 Ex parte dorsi, aut pectoris, aut genitalium.  
 53 Ex parte manuum, quatenus defectus inducat irregularitatem.  
 54 Quando claudicat inducat irregularitatem.  
 55 Morbus inducens irregularitatem & specialiter de lepra.  
 56 De pfora & lue Venerea.  
 57 De hibisci podagra, chirurgia & quibusdē febris & doloribus capitii.  
 58 De paralyse, horre bibendi ruminis, & languore stomachi.  
 59 Duo circumscriptiones irregularitatis observatione digna.

44. **D**E hac per cap. penult. & ultimum, De corporibus viatatis, & per cap. 2. De Clerico agrotante, statui potest generalis propositio quam habent D. Anton. 3. par. tit. 28. initio quinq̄ capitis, atque alii quorum Couar. meminit. ad Cl. ment. Si furiosus 1. par. initio cap. 5. quamque ex Panorm. ad præcitatim cap. 2. num. 2. refert. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. Eum corporis defectum inducere irregularitatem, cui coniuncta est inhabilitas ad officium Ordinis exercendum, vel deformitas notabilis, que populo scandalum, aut horrorem inducat.

Aduerte autem ex eodem Panormit. in sequent. num. 4. defectum corporis irregularem facere tantummodo quod officium illud Ordinis, ad quod exercendum reddit inpetto: sic enim defectus duorum digitorum cum medietate palme impedit quidem Sacerdotem ne Missam celebrare possit, non item ne alia officia Sacerdotalia exercere, ut consilios audire, per scriptum textum in memorato cap. 2. Quod ex eodem, Nauar. loco citato addens: ita restrigendum putat, ut id verum sit, quando quis tales defectum non incurrit sponte, aut sua culpa. Ita quod iam ordinatos, & non quoad ordinandos. Cui fauet quod idem capitulum 2. quo Panormit. initiat, aperte loquatur de Sacerdoti qui sine sua culpa, & postquam ad sacerdotium promovit fuerat, in defectum memoratum incurrerat. Fauet etiam ratio; quia in eo qui sponte aut culpa sua defectum patitur, celsit excusat: neque Ordinis collatio sit ad unum officium ipsius, & non ad alterum: adeo ut ille qui ob impedimentum exercendi aliquod officium Ordinis, ab eius susceptione arceret, simpliciter arceri censeatur.

Ceterum omni ciusmodi corporis defectus, quo irregularitas inducitur, vel est defectus aliquius membra, id est,

partis humani corporis officium per se distinctum habens, prout explicat Nauar. in sequenti num. 206. vel est aliquis corporalis morbus de quo cum dubitatur sit etiam qui Ordinis executionem impedit aut scandalum gignat, Episcopi est determinare: vt omnes qui hac de re tractant sentirentur Couar. ad Clemen. Si furiosus, par. initio, num. 5. & confirmatur ex cap. 2. de corpore vitiat, vbi Ponitex quod de macula in oculo obiectebatur cuidam tanquam de impedimento obtinendi Episcopatum, iudicium relinquit Archiepiscopo ferendum cum concilio suorum suffraganeorum.

Nota vero ex D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 5. in tali determinatione consilium Episcoporum ita necessarium est, vt si ipsum non adhibeat, illa nullius momenti sit: cum non fiat secundum summi Pontificis praescriptum. Quamquam si adhibito consilio Archiepiscopus fecit, quam id ipsum consilium iudicet atque determinaret, non quidem ex sola amilividine, sed quia id iustum sibi videtur (quandoque idem ad illius tantum instructionem consilium exigitur) ex similitudine Panormitanus ad citatum cap. 2. De corpore vitiat, talem determinationem esse validam: ita ut determinatus irregularis debet pro dispensatione recurrere ad Papam, qui solus eam dare potest super irregularitate ex defectu corporis; vt Nauar. cap. 27. num. 209. docet. Determinatus vero non irregularis possit sine dispensatione promoueri. Quod idem iudicandum videtur de determinatione Episcopi non admittentis vel non sequentis consilium eorum qui in tali difficultate vices suffraganorum supplere possunt: nisi communis patriæ coniunctudo praescripta aut speciale priuilegium aliud fera.

De Irregularitate ex defectu membra universitatis.

## SECTIO I.

**A**Tque de membris defectu inducentiae irregularitatem hec in genere obseruanda occurrunt. Primum est: Eum non tantum confidere in mutilatione qua quis priuat membra, vt ille cui abscessa est manus, vel effossus oculus: sed etiam in debilitatione, qua quis habet quidem membrum integrum, sed inefficax & inutile: vt is qui manum habet aridam, vel oculum orbatum visu. Ratio in promptu est quoniam ex ea debilitatione perinde sequi potest inhabilitas ad exercendum officium Ordinis atque ex abscessione.

Secundum est: Defectum membra necessarium ad executionem Ordinis, vel qui habet coniunctam deformitatem notabilem, inducere irregularitatem: tam in eo qui sine sua culpa, quam in eo qui cum sua culpa cum contraxisit, iuxta cap. 2. De Clerico agrotante: atque adeo totum titulum de corpore vitiat. Et ratio est: quod tales defectum ad præcitatim cap. 2. num. 2. refert. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. Eum corporis defectum inducere irregularitatem, cui coniuncta est inhabilitas ad officium Ordinis exercendum, vel deformitas notabilis, que populo scandalum, aut horrorem inducat.

Tertium est: Defectum membra, quod nec est necessarium ad executionem Ordinis, nec annexam habet notabile deformitatem, non reddere irregulararem eum, cui sine propria culpa contingit: vt censetur contigisse ei qui vacans relicit, casu sibi ipse, aut chiurgus propter valetudinem, aut aliis absque propria sua culpa, tale membrum abscesserit. Istud constat ex cap. Qui partem, & aliquot sequentibus, distinet. 55. Ex cuius capitulo glossa prima addit, eam demefit rationem si quis præscinderet sibi digitum superfluum aut alias partem superfluum, ac si præscinderet sibi ingeres, aut dentes nimis longos: dummodo, vt mons Angelus verbis Corpore vitiatiss. 1. talis præcisio fieri possit sine deformitate corporis.

Quartum est: defectum membra, irregularem efficere, um cui cum peccato contingit, ex cap. Maritum, distinet. 33. vbi statuit non promouendus is, qui semetipsum abscedens, aliquod membrum indagatione, vel timore sue iusto siue iniusto superatus truncauerit. Quod intellige, ex Couar. ad Clemen. Si furiosus 1. parte initio, num. 5 in fine, etiam si membrum sit occultum, nec suo defectu inducat notabilem deformitatem, nec etiam necessarium sit ad executionem Ordinis: vt pudenda de quibus est textus expressus distinet. 55. cap. Si quis abscederit, & cap. Si qui. Etiam si item non a seipso sed ab alio mutilatus sit sua culpa: nempe quia iussit,

iussit, aut rogiuit sibi membrum abscondi; aut quia rei illicite dans operam, illud casu perdidit: arguento cap. Presbyterium, & cap. Continebatur, De homicidio. Ita habet Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 198. vbi etiam vult idem esse sententiam de eo, cui ab inimicis in peccatum alicuius sui delicti, membrum fuerit abscessum. Cuius contrarium in verbo Corpore vitiatu*s*, indicat Angelus n. 1. cum absolute dicit mutilatum non sponte ab inimicis, irregularum non esse. Quod confirmari potest ex cap. Si quis 2. & 3. citatae distinet 55. vbi de ijs quos iniuriosi, domini aut barbari castraverint, absolu*t*e statutor non esse irregulares, si alias digni sacris Ordinibus inueniantur.

Possimus autem distinctione vti, vt sententia Angelii lo*cum* habeat, quando delictum est occultum, Nauari vero, quando est manifestum: quia tuuc saltem ratione infamie irregularum efficit. Quo modo idem Nauar. ibidem interpretatur illud, quod per antecitatum cap. Qui partem, si irregularis est, qui notorius per indignationem sibi abscondit membra partem, cuius defectus non admittit facultatem naturalem bene celebrandi: interpretatur inquam, vt talis irregularitatis causam constitutam non membra defectum, sed notorietatem peccati quod commissum est ab incendendo.

Quintum est: Eum qui mutilatus est post acceptum Ordinem, arceri quidem ab executione illius actus; in quo est opus visu membra quo mutilatus est: reliquos tamen executi posse, vt si Sacerdoti abscessa sit manus, Missam celebrare non potest quidem, sed potest confessiones excipere, condonari, funeralia agere, ex Panorm. ad c. 2. De clero*g*agro*tante*, omnesq*ue* sere pro regula id tenere, habetur ex Couar. in qua ante citato*r*.

Sextum est: Quod dicitur de membra defectu, dicendum quo*rum* esse de excessu. Nempe membrum supervacaneum, aut nimis grande, si reddit inhabilem ad celebrandum, saltem sine notabilis horrore, deformitate, aut scando*lo*, irregularitatem inducere, prout expressit Nauar. in Enchir. c. 27. num. 200. verba 6. & confirmatur ex regula initio huius capituli proposita, in qua nomen defectus sumitur pro virtute corporis: quod consistere potest tam in superabundantia partium eius, quam in earum penuria.

De irregularitate ex defectu membra specialiter.

### SECTIO II.

In specie de irregularitate ex defectu membra per ea quae vniuersitate dicta sunt proxime, ista statui possunt. Cum humana*m* corporis distinguatur in caput, thoracem, & artus: ex parte capitis posse irregularitatem contrahi i. ratione capillorum deciduum, si infamiam adferant incontinenter explete libidinis, aut nimis deformitatem gignant, ex qua horror aliquid sequatur.

Secundo, ratione oculorum: primo. cu*m* quis caret utroque oculo, vel utriusque visu, seu cum quis cæcus est, ex 77. Canone Apostolorum, & ex cap. Hinc etenim, distin. 49. Nam visus oculorum necessarius est ad celebrationem Missa*rum*. Quod impedimentum maximum quidem est; non tam tantum, quin Papa aliquando in eo dispensare possit, etiam ad Sacerdotium, & ad Episcopatum propter examinam sanctitatem, & doctrinam cuius qui eo laborat, Ecclesiæque vilitatem, ut confirmant exempla Didymi Alexandrini, & aliorum de quibus Maiolus lib. I. cap. 20. Deinde cum quis altero oculo caret: ut post Archidiaconum per cap. Si Euangelica distin. 55. d. finiunt D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 5. & Rolla verbo Vitiatus corpore nu. 2. ob deformitatem scilicet quæ sequitur carensiam talis membra eminentis.

Adverte vero non esse in hac re idem iudicium de eo qui caret visu oculi, ac de eo qui caret oculo: ita ut possimus concedere cum Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 199. illum qui solummodo caret visu oculi dextri, non item ipso oculo, & sufficienter videt oculo sinistro, non esse irregulari*m*; nec item illum qui solummodo caret visu oculi sinistro ( quem vocant oculum Canonis), eo quod maxime seruiat ad legendum Canonem in Missa*rum*, si tantum valeat oculo dextro, ut singulam & indecora faciei*m* conversione ad populum, possit comode legere Canonem in Missa*rum*. Ratio est quia in cita-

to cap. Si Euangelica, sermo est de oculi carensia in eo cui erutus est. Id quod non est interpretatione extendendum ad carensiam visus, quæ est sine scandalo*m* deformitate. Nam ut habet regula i. iuris in 6. Odia restringi & fauores conuenit ampliari.

Tertio, ratione aurium vel auricularum; irregularitas contrahitur cum quis utraque aurum surdus est, per supracit. 7. Canonem A*p*ostolorum. Vbi adverte, quia est defectus eueniens post ordinationem, priuat quidem exercitio Ordinum in quo necessarius est auditus, non autem in quo necessarius non est: Sacerdotem factum surdum, non posse quidem audire confessiones, posse tamen Missam submissa celebrare. Dico, submisso, quia non videtur admittendus ad celebrandam Missam solemnem in Ecclesi*is*, quia potest facile risum excitare, faciendo aliiquid extra tempus. Cum vero surdaster est, seu cum vel difficile audit, vel altera tantum aure surdus est, nullo iure, inquit Maiolus lib. I. cap. 25. prohibetur promoueri. Praterea cum quis caret utraque, vel altera auricula, irregularis censendus est ob nimiam deformitatem apparentem. Atque si auriculam perdidit sua culpa, ut dimicans in duello, vel per sententiam Iudicis, vel qui ex ira, & indignatione illam sibi abscondit, nullo modo est dispensandum cum eo ad Ordinum susceptionem, vel susceptorum exercitium, ut in code*m* loco Maiolus confirmat arguento cap. Maritum, distin. 33. & cap. Qui partem, distin. 55. Sin absque sua culpa perdidit, potest cum eo dispensari, maxime ad exercitium susceptorum Ordinum.

Quarto ratione nasi irregularitas incurrit, cum quis caret nase: ob maximam nimiram deformitatem, quæ sequitur ex defectu eius partis à qua maxime pendet faciei*m* venia*s*. Efficit enim quis incep*t*us ad susceptionem Ordinis & ad exercitium suscepti; non modo propter impedimentum actus, sed etiam propter impedimentum claritatis personæ: siue propter aliquam notabilem maculam, per quā obscuratur claritas personæ: qualis est abscessio nasi, ut D. Thomas expressit in 4. distin. 25. in fine secunda questionis.

Quinto, ratione labiorum, irregularitas incurrit, cum alio*m* abscessa labia, aut aliquo morbo penitus corroso: tum quia in eo potest esse magis deformitas, quæ horrificat: tum quia non posset absque periculo effusionis sanguinem Christi sumere; ita ut pars ratio in eo atque in plurisque aliis de quibus antea dictum est, ut bene ait Maiolus lib. I. cap. 23.

Sexto, ratione dentium, multi quorum meminit Maiolus ibidem cap. 24. arguento cap. Qui partem, distin. 55. volunt irregularitatem incurri, cu*m* quod per indignationem, aut dando operam rei illicite sibi dentes evulserit, an cœlli fecerit: si eo modo, per indignationem inquam, factam esse notorium sit. Sed contrarium non caret probabilitate quia defectus dentium nec impedit actus Ordinum, nec notabilem deformitatem inducit. Vnde carere dentibus etiam omnibus ex se non inducere irregularitatem communis sententia est, quam idem author initio iusdem cap. admittit. Deinde in memorato cap. Qui partem, sermo est de eo qui sibi abscondit partem dexteram: vnde interpretatio illius facta cum extensione ad eum, qui ob dentem eruit, latior est in materia odiosa; quia defectus dexteram inter manifestos; & dentium, invenioccultos ponitur: quo sit ut ex hoc non sumatur perinde ac ex illo deformitatis ratio.

Septimo, ratione lingua*m* irregularitas incurrit, cum quis omnino mutus est, sive quia non habet linguam, sive quia non habet illius visum, per 77. Canonem Apostolorum. Similiter cum quis tam grande patitur lingua*m* nodum, ut viz. verbum integrum efforrare possit, iuxta D. Thomam 3. par. quest. 82. sub finem: Et ratio est, quod talis quoque defectus reddat impossibilem saltem moraliter, Ordinis executionem.

Postremo ratione totius faciei*m* incurritur irregularitas. Nam etsi Dominus noster Ioh. 7. præcipiat ne secundum faciem iudicemus: tamen cum quis habet faciem maculis, aut citricibus sic detur patet, et ut vultu adeo fecido, aut vergente ad monstrositatem, ut apicentibus, risum aut horrorem facile mouere possit, irregularis esse censendus est: quia ut habet D. Thomas in 4. distin. 25. sub finem secunda

# REGIA PRAXEIS FORI EV.

*secunda questionis:* promotioni ad Ordines requiritur, non quidem de necessitate sacramenti, sed tamen de p̄cepto, persona clariſſ., quā per faciem deturbatam maxime obſcuratur.

Ex parte autem thoracis irregularitas incurri potest. Tum ratione dorsi, cum quis est gibbosus, prout exprefſerunt D. Anton. par. 3. tit. 28. ca. 5. & Rosella verbo, *Vitius corporis*, n. 2. Tum ratione pectoris, cum quis illud habeat turgidum, & is qui regibet vocatur: *Tum ratione ventris*, vt cum quis ex crapula, vel otiositate est ventre præturgido, & præpingui: quod virumque Maiolus exprefſit illud in cit. cap. 19. & hoc in preced. cap. 17. Temperanda autem sunt hac conditione, si adit notabilis deformitas, aut impedimentum tractandi sine periculo sanctam Eucharistiam.

Tum demum ratione genitalium, tam in illo quibus caret, quam in eo qui illius abundat. Cum vero possit carere duplicitate, vel sua culpa: vt si nulla ægritudine compellente ſcīpſum abſcederit, aut abſcindī fecerit: vel sine sua culpa, vt si à natura mutilius sit, vel à domino abſcissus, vel ob ægritudinem ſcīpſe abſcidi fecerit, aut cum eſſet peritus in ea re, aliisque deſſet, qui posſet, ſemet virgente ægritudine abſcederit: ex priore carentia incurrit irregularitatem per cap. Qui in aliquo, distinct. 51. & cap. Si quis 1. & 3. distinct. 55. non item ex posteriore, per 21. Canon. Apostolorum, & citatum cap. Si quis 1. & 3. & cap. Qui partem, eadem distinct. Neque excusat ab iſtiusmodi irregularitate eum qui conſeruandæ caſtitatis gratia ſcīpſum abſcederit, argumento eſt: quod per memoratum cap. Si quis 1. e generaliter imponatur abſcidenti ſibi virilla, eo quod sit homicida. Hęc enim ratio perinde in eo, ac in aliis locum habet. Neque ipſe excusat timore amittendæ caſtitatis: quia per cap. Maritum, d. distinct. 33. irregularis eſt etiam is, qui timore iusto quodcumque membrum ſibi abſcederit.

Ex abundantia autem genitalium irregularitas nascitur in hermaphroditis, qui utroque ſexū prædicti sunt. Si enim corpore vitiat, ne quidem ordinati ministrare debent, arguento cap. Illiteratos distinct. 36. & cap. Hinc etiam, distinct. 49. nec debet hermaphroditus patiens vitium corporis propter quod nec tellinum ferendum simpliciter admittitur, ex cap. Si testes 4. querit. 5. § Hermaphroditus iuncta glossa ibidem. Atque iſtud quod de hermaphroditis dicitur, dubium non eſt dicendum de aliis naturae monſtris. Et confirmitur: quia ſi omnia deformitas corporis, quantumvis fit abſque monſtrositate, ſufficiat ad quem impeditum ne poſſit promoueri: multo magis ſufficiat monſtrositas: cum monſtria ordinarie adeo deformia ſint, vt horroſi ſint insipientibus.

Ex parte denique articulorum irregularitas incurri potest ratione brachiorum, manuum, & illorum digitorum, qui ſunt necessarii ad exercendum alium aliquem Ordinis. Si quis enim illis careat, vel illa habeat quidem integræ, ſed ad vertendum ineffaciens, promouerine quiri: ex cap. Qui in aliquo, distinct. 51. & ex cap. 2. De Clerico & grotante. Quamquam talis proprie loquendo, non eſt dicendus irregularis, cum impedimentum habeat de iure naturali ob impossibilitatem executionis. Exemplo igitur eſt poterit eſt cui brachia, vel manus aut digiti ex diuinitione adferunt deformitatem, vel periculum in Eucharistiæ contratione, iuxta cap. 1. De corpore vitiat. Ad quod genus Maiolus lib. 1. cap. 14. num. 8. & lib. 2. & 24. in fine, reuocat eum, qui manibus eſt ita tremulis, vt defectus eius scandalum sit populo, vel ante dictum periculum adferat.

Hic obſeruandum eſt primo, irregularē eſt eum, cui vel ſolus vnguis deficiat, def. & illius notabilem deformitatem habeat, vel faciat ne ſacra hostia recte frangi poſſit, ex cap. ultimo, De corpore vitiat. Id quod vniuerſit p̄ferrim, cum defectus eſt in pollice. Secundo, quod attinet ad eos digitos, qui non ſunt necessarii ad perficiendum actum Ordinis: ſi quis ſua culpa, vt ex indignatione, ſibi eorum aliquem ſue in totum, ſue etiam, quoad partem abſcederit, aut abſcindī fecerit, vel aliter ſua culpa perdidere: irregularitatem eſt ob deformitatem: aut etiam ſe deformitas deſit, ob infirmitam, quando notorium eſt iſpum ſua culpa pati eum defectum. Quā doctrina eſt Innocentius ad

cap. Significauit, De corpore vitiat: cui facit cap. Qui in aliquo diſtinguit. 51. & cap. Qui partem, diſtinguit. 55. Si quis autem non ſua culpa, ſed calu, vel ob ægritudinem, aut iniſicorum malitiam perdiſerit aliquem talerū d'gium, excuſari iſpum ab irregularitate, per cit. cap. Qui partem, etiam ſi perdiſerit in totum, iuxta cap. Iator, eadem diſtinguit. 55. In quo licet expreſſamēto ſit de dīgitō manuſ ſinſtre: tamē gloſſa ibidem par ratione intelligendum vult de dīgitō manuſ d'extra, dummodo abſit magna deformitas. Tertio, illū qui habet indiſcem, & medium dīgitū coniuncte ſub vñō communi vñgue irregularem eſſe: vt Maiolus, in cit. cap. 14. nu. 14. notat ob deformitatem, & diſciplinam tractandi Eucharistiā. Diſcum eſt ſub vno coſum vñgue, quia in eo qū habet etiam ſub diſtinguitis vñguibus, multo minus impedimentum eſt, & periculum conrectand. Eucharistiæ: adeout poſſet ad altaris ministerium admitti, prout D. Anton. 3. par. tit 28. cap. 5. attingit, & memoratus author ſtatuit.

Ratione aliorum artuum incurrunt irregularitas, primo, ſi quis ita claudet ut ſine ſcipione ad altare ire nequeat, vt habet gloſſa ad cap. Si quis in infirmitate, diſtinguit. 55. quod conſuetudine receptum eſſe, notat D. Anton. loco cit. & confirmat per cap. Disciplina, diſtinguit. 45. & cap. Nullus Episcopus, De conſecr. diſtinguit. prima. Cuius verba ſunt, Nullus Episcopus, aut Presbyter: ſeu Diaconus ad Miffarum ſolemnia celebranda preſumat ut baculo introire. Vnde gloſſa ad verbum, *Cum baculo*, inferri, quod non debeat promouerit Presbyterum, is quis ſine baculo non poſſet ſuſtenare ſe in altari. Intelligendum eſt autem, etiam ſi quis deſet eum patiatur ſine ſua culpa, quandoquidem reſpectu quoque illius incommoda locum habent. Quamuis autem alios claudioſ conſuetudo ab irregularitate imminues eſt ostendat, prout id m D. Anton. tangit: nihil minus tamen ratione ſcandalii vix viden, ut in corum numero censendi illi, quorum claudicatio eſt valde ridicula, vel cum ea neruorum contractione, quā non patiatur iſpōſos genua tantillum flectere.

Secundo, incurrunt irregularitas: ſi quis culpa ſua claudet efficiunt: generaliter enim ex Tabien. v. rbo Corpore vitiat, circaprinципium, per cap. Peccantibus, & cap. Qui partem, diſtinguit. 55. irregularis eſt quicunque ſua culpa in aliquo membro vitiat eſt: ſaltem cum infamia.

Tertio incurrunt irregularitas: ſi quis eſt crute penitus abſcissus aut ita contracto, ut pede ligno ſit ei opus. Cui, vt Maiolus libro 1. cap. 18. ait, dispensatio vix concedenda eſt. Quam tamen regularibus concedere, permifſum eſt Epifcopo, vt ex Hostieni habent in verbo, Corpore vitiat, Syl. in fine, Tabiena circa principium, & Rofella verbo, Vitius corporis, num. 2. circa modum. Addens quoque poſſe Praelatos eorum, ſi iam profecti ac promoti fuerint, quando ſuperuenit eis neceſſitas viendi pede ligno.

De irregularitate ex morbo corporali, tam vniuerſe, quam ſpecialiter.

### SECTIO III.

DE morbo autem corporali, hoc vnum in genere obſeruandum eſt, quod Nauar. attingit in Enchir. cap 27. num. 202. Omnem, & ſolum cum irregularitatē induere, qui ſue in toto corpore, ſue in aliqua eius parte, talis eſt ut inducat in ægritudinem, aut inhabilitatem ad vnum Ordinum, vel faciat ut Ordo non ſine scandalō & horrore populi exercetur. Huiusmodi ſunt: primo, lepra, qua qui laboret, per cap. Derectoribus, cap. Tua nos, De Clerico & grotante, remouetur ab exercitio ordinum, & conſequenter ab eorūdem ſuſceptione repellitur. Ingenerat enim iſ morbus quemdam horrorem: & cum per contagionem alii facili eſt inficiantur, reddit ex ſum infirmum, ut non poſſe ſine populi horrore, & ſcandalō in exercitio Ordinum verari, etiam ſi morbus non ſit adhuc grauiſ ſi facile crenit, diſciliſime que curatur. Quanquam, vt Tabiena monet, verbo Corpore vitiat num. 4 poſt D. Thomam in 4. diſtinguit. 9. & 4. in fine, poſt leproſus iam promotus, quod idem paratione ſentiendum eſt, de aliis infirmis, quos ob populi ſcandalum à receptione, & exercitio Ordinum arceri dicetur

dicetur deinceps) suscepimus Ordinem exercere in occulto, aut inter alios leprosos; nisi forte manus, aut labia haberent corruptum: aut tam grandis esset lepra ut sine periculo ministerium explere non posset. Promoueri autem non potest, ne quidem ad ministrandum in occulto, aut inter alios leprosos, vt notat Maiolus lib. 2. cap. 18.

Vbi addit ex eodem D. Thomae, idem ac de lepra in hac re iudicium esse de scabie que liberum usum manuum valde impedit, ita ut sacramenti contrectatio possit sit tuta, qualis est ea scabies, quam medici postoram dicunt, ex atra sicut lepra originem trahens. Id ipsum de lue Venerea: prout ad acres dolores habet adiuncta vlera, per totum corpus diffusa, idem author in sequenti cap. 19. merito statuit propter magnam similitudinem, quā talis morbus habet cum ipsa lepra: in eo, quod incurabilis sit, & contagione inficiat, scandaloque & horrore sit, etiam magis, quam lepra, hoc nomine, quod turpitudinem feedet libidinis unde causatur, praeferat in conspectu hominum. Ideoq; illam etiam irregularitatem inducit, quam incurunt Sacerdotes forniciarij, cum actus criminis ipsorum manifestus, ostensusque est, ut habet textus expressus in cap. Sacerdotes, distinct. 50. Adeo ut, ex eodem auctore, quantumvis ei morbo decesserit externa illa vlera, sed ad effector claudicatio, vel vocis debilitatio ob internam fauicium, vel narium corrosionem, vel capillorum defluxio, vel aliquid simile inde proueniens, vnde vulgus scandalum patetur, etiamque ager de suo crimine penitentiam egisset, ipse nec posset promoueri, nec iam promotus Ordines suscepitos exercere.

Secundus morbus irregularitatem specialiter inducens ex eodem Maiolo in sequenti cap. 20. est: tum phthisis: praetertim cum ex medicorum arte statione, periculum est ne halitus aut foecore phthisici inficiantur alii, aut tussis reddat non tutam Eucharistiae sumptionem: Tum etiam pectitis, imo & pectitis suspicio, donec ea purgetur, proper ingens periculum contagionis quod est in illa.

Tertius morbus, ex eodem in cap. 21. est podagra, & chiragra: illa quidem, quatenus ob eam non potest quis stans altari comode deseruere: ut censendus est, iuxta glossam ad cap. Si quis in infirmitate, distinct. 55. & Panormit. ad cap. 2. De Clerico agrotante num. 3. qui sine baculo nequit a altare ascendere. Haec vero quatenus usum manus ita impedit, vel deformem efficit, ut inde timeri possit scandalum propter deformitatem membrorum, aut sacramentum tractationem non securam, ob illius debilitatem: quibus de causis arceret quis a celebratione Missæ, iuxta cap. Presbyterum De Clerico agrotante.

Quartus morbus ex eodem Maiolo in cap. 22. est febris, que adeo vexat hominem, ut in eo sensuum officia non sint libera: grande enim periculum esset sacris ministeriis in talia agitacione ingenerare. Quamquam si febris non esset continua, sed intercalaris: quo tempore ea vacat, & liberum corpori usum permittit, promoueri quis posset, aut promotus celebrare, si coadiutorum secum habeat, qui si febris inualuerit, possit succurrere, aut si opus sit, sacramentum perficere, argumento cap. Illud, & cap. Nihil. 7. quæst. 1.

Quintus apud eundem in cap. 23. est dolor capitidis continuus, aut quasi continuus, quo quis angitur tam grauer, vnde habeat liberum naturæ usum ad exercenda Clericale officia. Ob qualem dolorem Episcopo datur coadiutor in cap. Scriptit, & in cap. Qualiter, ead. quæst. 1. vnde intelligitur, quod posito eo impedimentoum, talis non fuerit in Episcopum promouendus.

Sextus ex cap. 24. est paralysis: qua membra corporis ita disoluuntur ut suo usu destituantur. Nam ea laborant, datur quoque coadiutor, iuxta cap. ultimum De Clerico agrotante. Idem etiam, ob similem effectum dici potest de apoplexia, qua membra ita corripiuntur, ut ad agentem inutilia reddantur.

Pro septimo, idem Maiolus in cap. 25. ponit defectum abstemiorum illorum qui sic à vino abstinenter, ut illud abstinat, ne bibere possint. Quales glossa ad cap. Ipsi Apostoli. 2. quæst. 7. ordinari non posse probat ex eo, quod Missam celebrare non possint, cum in ea omitti nequeat

consecratio, simplicisque calicis. De consecrati distinct. 2. cap. Compertimus. Maximum autem periculum est; ne ille abstemius calicem consecret, illum abscondente natura, non possit sumere, saltem sine periculo agravitidini, vel sumptum cuomendi. Quare ipse portendus est in numero eorum qui inhabiles sententur ad Ordines.

Postremo loco in cap. ultimo ponit langorem stomachi adferente notabile periculum euomendi sacramentum Eucharistiam. Quod periculum, ab eius perceptione arcere, patet ex cap. Si quis per elierat, De consecratione distinct. 2. Vbi Eucharistiam euomenti, etiam per infirmitatem, penitentia imponitur. Adde ex tali quoque periculo nasci horrem, ac scandalum populi.

Adverte obiter non referre, quod de omnibus propo-  
fitis morbis non habetur specialis mentio in iure canonico: quia sufficit illos eam affinitatem habere cum iis, de quibus est specialis mentio, ut in virtutis eadem plane cernatur ratio, & modus impediendi Ordinum usum, adeo ut merito censeatur eodem iure comprehendendi. Id enim est fundamentum generalis documenti, quod initio huius sectionis attulimus ex Nauaro: Qui in eodem num. 202. monit solum Papam in hac specie irregularitas dispendere.

Adverte item circa irregularitatem ex defectu corporis: eq; ipso quod ob illum quis censetur irregularis, tanquam ad sacerdotium ineptus, ipsum ad inferiores Ordines promoveri non posse, immo nec ad Clericatum, iuxta cap. Illiteratos, distinct. 36. Iam tamen promotum, ob superuenientem defectum non prohibetur exercere actus inferiorum Ordinum, immo & sacerdotij, ad quos iure naturæ aptus surcit: neque enim Sacerdos qui amissit partem pollicis, nec potest hostiam frangere, prohibetur Epi-  
scolam ad Euangelium canere, vel confessiones audire, sicut prohibetur Missam celebrare. Vide Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. & Couar. ad Clement. Si furiosus, 1. par. in initio, num. 5. Cum hocque in sequenti num. 7. (vbi communem sententiam esse ait) adde in irregularitate quæ incurrit ex corporis vitio, solum Papam dispere, eti; de tali vitio cum dubitatur, an sufficiat ad irregularitatem, sit Episcopi de minimare: prout iidem auctores notant ex Innocent. ad cap. 1. De corpore vitiatis, & iamin precedentibus annotauimus.

## CAPUT VI.

Deteria, & quarta species irregularitatis ex defectu etatis, & ex defectu libertatis.

SVMMA RIVM.

- 60 Defectus etatis quatenus irregularitatem inducat.
- 61 Ordinari ante legitimam etatem sunt suspensi: & quatenus talis suspensionis violatione, irregularitatem incurvant.
- 62 Solus Papa dispensare potest, ut quis ante legitimam etatem ordinetur, aut Ordinem exerceat.
- 63 De irregularitate mancipiorum, quid sit tenendum.
- 64 De irregularitate virialium.
- 65 De irregularitate eorum, qui sunt alii ad ratiocinia obligati.

**D**efectum etatis dum durat, facere hominem irregulararem communis sententia est: quæ, vt Nauar. cap. 27. num. 202. notat, deducitur ex cap. ultimo, De temporibus ordinationum in 6. Addi potest ex cap. In veteri, distinct. 77. & ex cap. Pueri, 1. q. 1. & ex cap. Vel non est. De temporibus ordinationum. Ac iure quidem antiquo fuerunt singulis Ordinibus propriæ etates prescriptæ, sed in Clement. ultima, De etate & qualitate, immutata est his verbis, Generalem Ecclesiam obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte praescripsi: decernimus ut, non alio obstante impedimentoo Canonico, possit quis liberus in decimo-octavo ad Subdiaconatus: in 20. ad Diaconatus, & in 25. etatis suo anno ad Presbyteratus Ordines promoueri.] Vbi videnda est glossa. Nuper vero Coacilium Tridentinum. 23. cap. 12. De reform. ad Subdiaconatus Ordine ante